

CAPVT DECIMVM QVARTVM

De

BIBLIOTHECA IVRIS PVBLICI

S. I.

Qui de
scriptori
bus Iuris
stelodami
1685. 4.
editum,
quod iam
sub In-
publici e-
troductionis
ad Ius
Publicum
Germanicum
elo-
gerunt.

AD Bibliothecam Iuris Publici tacit SAMVELIS RACHELII Otium Nouiomagense, Amstelodami 1685. 4. editum, quod iam sub In- publici e- troductionis ad Ius Publicum Germanicum elo- gio Amstelodami 1680. 12. prodierat. In quo non solum ex quibus fontibus petendum sit Ius publicum, declarat, sed etiam potiores Scriptores, qui ad fontes faciunt, adducit. Melior vero est IOA. GEORGII SVLPICII, siue potius KVLPISHI dissertatio de studio Iuris publici recte instituendo, & de scriptoribus eo pertinentibus, edita 1688. 8. & ex secunda, 1700. 8. Agit in eadem celeberrimus vir de Scriptoribus, qui acta publica, compendia & systemata Iuris publici euulgarunt, & de singulis iudicat accurate. Accessit epistola de studiis Academicis iuuenis nobilis recte instituendis, quæ tamen hodie non adeo magnum usum habet. Extat quoque de Scriptoribus Iuris publici precipuis consignatio a BOECLERO conscripta, quæ Vitriario illustrato addita est, in qua etiam Scriptores speciales recensentur, addita breui crisi, plures tamen in eadem videmus omissos, Recentior est CHRIS-
STO-